Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cum servo tuo · quia non
iustificabitur in conspectu tuo
omnis vivens. Quia persecu
tus est inimicus animam meam
: humiliavit in terra vitam meam:
Collocavit me in obscu
ris sicut mortuos seculi · et
anxiatus est super me spiritus
meus : in me turbatum est cor
meum. Memor fui dierum an
tiquorum meditatus sum in omnibus
operibus tuis : et in factis ma
nuum tuarum meditabar. Ex
pandi manus meas ad te · a
nima mea sicut terra sine aqua
tibi. Velociter exaudi me do
mine : defecit spiritus meus. Non
avertas faciem tuam a me : et si
milis ero descendentibus in
lacum. Auditam fac mihi
mane misericordiam tuam : quia in te
speravi. Notam fac mihi viam
in qua ambulem : quia ad te
levavi animam meam. Eripe
me de inimicis meis domine ad
te confugi · doce me facere vo
luntatem tuam : quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam · propter nomen
tuum domine vivificabis me in
equitate tua. Educes de tri
bulatione animam meam : et in miseri
cordia tua disperdes omnes inimicos
meos. Et perdes omnes qui
tribulant animam meam : quoniam
ego servus tuus sum. Gloria. Antiphona
In veritate tua exaudi me domine. Antiphona
Illumina domine vultum tuum super
nos. Psalmus Deus deus. Canticum
Domine
audivi auditionem
tuam et timui. Domine opus tuum
in medio annorum vivifica il
lud. In medio annorum notum
facies · cum iratus fueris mi
sericordie recordaberis. Deus
ab austro veniet : et sanctus
de monte pharan. Operuit
celos gloria eius · et laudis
eius plena est terra. Splendor
eius ut lux erit : cornua in
manibus eius. Ibi abscondi
ta est fortitudo eius · ante fa
ciem eius ibit mors. Egre
dietur dyabolus ante pedes eius
: stetit et mensus est terram. Aspe
xit et dissolvit gentes : et con
triti sunt montes seculi. Incur
vati sunt colles mundi : ab iti
neribus eternitatis eius. Pro
iniquitate vidi tentoria e
thiopie · turbabuntur pelles ter